

dec. 243. n. 1. Post. de manutent. observ. 75. n. 31. & 35. Rot. in Romana hereditatis de Fabiis 29. Aprilis 1641. §. finali Bichio, & post alios admittit Auctor hic sub n. 19.

Ad eandem regulam prohibitionis sequestri antē, post cōceptum, & pendente iudicio succedit alia limitatio, juxta quam sequestro fit locus ubi dilapidationis * subest timor, & hoc maximē obtentā jam sententiā favorabili in gradu appellationis dixi allegat. 124. n. 62. lib. 3. Buratt. dec. 545. n. 5. Cyriac. controv. 507. n. 5. Jo. Franc. Andr. controv. 264. per totam, Rot. in Romana Vinea 17. Aprilis 1643. §. Unde Bichio. Quam limitationem amplectitur Auctor hic n. 23.

Præmissa prius sub num. 4. divisione sequestri in necessarium, & voluntarium: Necesarium dicitur sequestrum, * quod provenit ex decreto iudicis, & regulariter non privat possessione, Duran. decif. 480. num. 10. & 17. cum infinitis apud Post. de manutent. observat. 60. num. 1. 6. Voluntarium verò sequestrum dicitur, * quod sit de partium consensu, & regulariter privat possessione, Gratian. discept. 114. num. 13. & 14. cum adductis per Post. de manutent. observat. 60. n. 13.

Sequestrum pecuniae in manibus Laici ne solvat Clerico * emanatum à iudice seculari non sustinetur, Ciarlin. controv. 44. n. 9. & seq. & latius controv. 171. n. 1. & seq.

Facto autem legitimè sequestro non revocatur seu non resolvitur * nisi lite quoad omnes instantias finita, Peon. dec. 33. n. 22. Salgad. de reg. protect. part. 2. cap. 16. ex n. 62. & in Labyrint. credit. part. 1. cap. 13. §. 1. n. 7. &

9. part. 3. cap. 16. n. 69. alios recenset Auctor hic n. 25. & 26. ubi quod idoneā cautione * sequestrum fieri impediatur, & jam secutum removetur idem comprobant, Rot. dec. 654. n. 5. & 6. part. 2. recent. répétita apud Buratt. dec. 105. & dec. 595. n. 7. ibique Ferentill. num. 9. & coram Card. Ottob. dec. 69. n. 1. Gratian. discept. 531. num. 92. Pignat. ad statut. Ferr. rubr. 28. n. 41. in tantum quod ob impotentiam cavendi non sufficiat juratoria * cautio, Giurb. dec. 4. num. 38. cum adductis per Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 28. num. 46. & inclinant alii, de quibus apud Auctorem hic num. 26. Ferentill. ad Buratt. dec. 595. sub n. 9. versic. nec sufficit.

Prædicta verò intelligi debent quoad sequestrum pro securitate iudicij emanatum, concessum enim in executionem judicati * non nisi actuali satisfactione submovetur, Thomat. dec. Macerat. 51. n. 10. Rot. apud Zacc. de Cameral. obligat. dec. 118. n. 9. & 10. & coram Buratt. dec. 653. n. 1. Ferentill. ad eundem d. dec. 595. sub n. 9. vers. Verum hæc ubi, tamen limitat, quando non ita clare de credito obtinentis sequestrum liqueret, Jo. Baptista Antonell. conf. 9. n. 13. Cumque obligatus * in forma Cameræ habeatur pro condemnato, Rot. apud Zacc. de Cam. oblig. dec. 1. n. 16. & dec. 446. n. 2. part. 2. recent. & coram Duran. dec. 75. n. 4. cum adductis per Ferentill. ad Buratt. dec. 401. num. 23. Leoncill. decif. Ferrar. 67. n. 2. Pari ratione per

13 cautionem non tollitur * sequestrum contra debitorem in forma Camerali obligatum, Ferentill. ad Buratt. d. dec. 595. sub n. 9. vers. 2. limitatur. Thomat. d. dec. 51. n. 10. & per tot. Zacc. ad Gulles. de Cameral. oblig. q. 37. n. 94. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 28. n. 44.

Tandem concludit Auctor hic n. 27. alimenta debitori deberi ex fructibus, * quoties ejus bona sub sequestro remanent, qua de re dixi ad cap. 1. in fine, & nunc addo, Post. de manutent. observ. 75. n. 49. in fine, & post tractat. dec. 409. n. 2. & faciunt tradita per Rub. in annot. ad dec. 1. sub n. 105. vers. Insper part. 9. tom. 1. recent. Andr. Censal. decis. Lucen. 76. n. 8. & 9. ubi tamen quod alimentorum commoditates sequestrari possint.

CAPUT XIV.

S U M M A R I U M .

- 1 Donatarius donanti egeno tenetur ad alimenta. Presumitur quod præstiterit alimenta donanti nisi ipse contrarium probet n. 4. Si per pactum promitterit alimenta & non præstiterit, cedit à donatione n. 5. Fallit in donatione facta Ecclesia nisi adsit pactum caducitatis n. 7.
- 2 Donatio ob denegata alimenta rescinditur. Declara si præcesserit petitio num. 3. Cum onere alendi non indiget insinuatione n. 9. Cum onere alimentorum ob non implementum corruit n. 11.
- 3 Donator ob non præstata sibi alimenta potest agere præscriptis verbis, conditione ob causam, & rei vindicatione utili.
- 4 Restitutio in integrum competit Ecclesiæ adversus caducitatem à donatione ob non præstata alimenta donanti.
- 5 Contractus ob non adimpletam conditionem resolvitur.

EX natura rei, & obligationis antidotalis donatarius in casu egeitatis donantis erga eundem seclusa * etiam quacunque promissione tenetur, quemadmodum pluribus exornat hic Auctor num. 1. Sribentes in leg. fin. eod. de revocan. donat. Calvin. de æquit. cap. 84. num. 2. Cutel. de donat. tract. 2. discr. 1. special. 8. n. 10. & sub n. 13. vers. Si enim, n. 19. & n. 21. Leoncill. de privil. pauper. 93. n. 1. p. 2. Spad. conf. 17. n. 15. lib. 1. & conf. 235. n. 6. & conf. 289. n. 6. & 7. lib. 2. Rot. dec. 485. n. 1. part. 1. id. vers. Larr. dec. 66. n. 32.

Successivè suboritur quæstio, num in prædicto casu locus fiat revocatione donationis ob non præstata alimenta, expresè non promissa in donatione, etiamsi non præcesserit eorum * petitio, & articulo magistraliter discussu affirmativam pro revocatione donationis amplectitur, Larr. dec. 66. per totam, Calvin. de æquit. d. c. 84. num. 8. fundamentum faciente super ingratis donatarii, Leoncill. de privil. pauper. 92. n. 2. p. 2. Negativa tamen opinio, quod nimurum sit locus, revocatione donationis ob non præstata * alimenta donatario magis arridet, nisi præcesserit petitio, Spad. d. conf. 235. n. 8. lib. 2. Jo. Franc. Andr. controv. 229. n. 6. & re mature dicta optimè concludit Auctor hic sub n. 1. vers. Denique Surdis.

Adiecto autem in donatione pacto alendi donatarium, tunc si donatarius agit ad alimenta in præteritum nil agit, nisi concludenter probet se non alium, * ex quo pro donante viget præsumptio, quod ipse donatarium aluerit, Buratt. dec. 7. nu. 11. Spad. dicto conf. 235. n. 1. & 2. lib. 2.

At

Observationum de Alimentis. Cap. XIV.

25

At si contrarium demonstret vel ex conflatione debiti, aut ex aliis, * tunc dum donatarius non præstiterit alimenta donatori egeno revocatur donatio, nec admittitur more purgatio, Leoncill. de privil. pauperum 92. numero 3. part. 2. Cutell. de donatione tract. 2. discrus 1. speculatione 8. numero 27. fol. 52. ubi quod dominum rei donata transvolet in donantem. Carol. Carus. in silv. term. arb. 31. numero 94. & latius declarat Auctor hic ex numero 2, usque ad numerum 8. ubi concludit quod donatio facta cum onere alendi, & donatarius non implet promissa præstanto alimenta, tres donatorum competant actions præscriptis verbis, * conditio ob causam, & rei vindicatio utilis favore alimentorum, ut ibidem numero 7. Caren. resolutione 23. numero 3. Joan. Andr. Georg. allegatione 31. numero 20. & 26.

Superius dicta non militare in donatis Ecclesiæ cum onere alendi, nisi accedat pactum caducitatis * in casu non implementi, seu resolutum donationis. Joan. Andr. Georg. dicta allegatione 31. nu. 11. & per totam. Caren. dicta resolutione 23. nu. 9. Novar. de privilegio miserabilium personarum 30. in ult. impræssione. Barbos. de universi. Eccles. libro 3. capite 13. numero 19. Buratt. decisione 7. nu. 11. Bottillier. de succ. ab intell. cap. 1. Theoremat. 36. nu. 14. fol. 160. & secundum præmissa intelligendus Thomas. de Tutor. & Curai. titulo 19. sub numero 3009. limit. 352. versic. etiam si Ecclesia: ubi tamen subjungit restitutio. 8. Alimenta peti debent coram iudice cause principalis.

QUESTIONEM satis examinatam per Autorem capite 3. ubi nos quoque annotavimus, denuò excitat hic nu. 3. replicando causam alimentorum pauperi debitorum favorabilem, ac piam esse, nec istud in dubium revocatur, nisi alimenta diviti deberentur, adeò ut * legatum diviti relictum in causam alimentorum non dicatur factum. Giovagn. consil. 78. n. 30. libro 1. Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 43. n. 1. & 6. Factum vero pauperi in causam alimentorum censetur factum. Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. libro 4. capite 43. numero 2. & seqq. Gratian. discept. 565. numero 8. Ciarlinus controv. 28. num. 11. Buratt. decisione 73. numero 36. Lanfranc. Zacc. de scalar. quæstione 37. num. 9. & 10. ubi rationem assignat, * quia legatum ex persona legatarii interpretationem recipit. Leoncill. de privilegio pauperum 23. nu. 29. & privilegio 208. num. 2. & 1. q. 99. Rugger. consilio 17. num. 18. libro 2. latè Rauden. de Analog. cap. 28. ex numero 156. Et circa hanc materiam videnda sunt quæ diximus capite 3. Quemadmodum circa argumentum quod nimurum ab alimentis ad piam causam, & è contra procedat pariter diximus dicto capite 3. quod sane repetit Author hic num. 4. ubi quod in hoc omnes convenient.

Legatum quoque dotti pauperi relictum judicatur pium, * ut infert Author hic numero 5. Gratianus disceptatione 666. numero 5. ubi quod dotti pauperi relicta in causam alimentorum cedat. Amat. decis. Ferrar. 24. nu. 7. Mar. Cutel. de donatione discr. 1. special. 6. num. 74. tom. 2. Raudens. de Analog. libro 1. capite 33. nu. 44. & sequent. Ciarlinus controv. 28. numero 11. Leoncill. de privileg. pauperum 94. numero 1. & per totum.

Siquidem dotti, & alimenta æquiparantur, * ita ut ab alimentis ad dotem valeat argumentum. Cephal. consilio 485. numero 80. Seraphinus decisione 447. num. 7. Rota decisione 395. numero 3. part. 2. recent. Treutlerus consilio 37. num. 188. Olasc. decisione 124. numero 3. Sicut etiam à doce * ad alimenta saltem affirmative. Cavagnolus decision. confut. 61. numero 11. ubi id præfertum militare subjungit ubi nulla subest ratio diversitatis. Giurba decisione 5. num. 12. & 40. cum sequentibus, ubi optimè declarat Mantic. de tacit. & ambiguit. libro duodecimo. titulo 16. numero 17. ubi quod argumentum etiam negative valeat, dixi allegat. 80. num. 4. lib. 3. Rota anud

Melius ad Castillum de Alimentiis.

C A P U T X V .

S U M M A R I U M .

1 Legatum diviti relictum in causam alimentorum non dicitur factum. Secus si sit factum pauperi numero 2. Et de ratione numero 3. Quoties pauperi relictum dicitur pium numero 4.

5 Dos, & alimenta æquiparantur, & ab alimentis ad dotem, valet argumentum. Et è contra numero 6. Declara ut numero 7.

8 Alimenta peti debent coram iudice cause principalis.

Questionem satis examinatam per Autorem capite 3. ubi nos quoque annotavimus, denuò excitat hic nu. 3. replicando causam alimentorum pauperi debitorum favorabilem, ac piam esse, nec istud in dubium revocatur, nisi alimenta diviti deberentur, adeò ut * legatum diviti relictum in causam alimentorum non dicatur factum. Giovagn. consil. 78. n. 30. libro 1. Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 43. n. 1. & 6. Factum vero pauperi in causam alimentorum censetur factum. Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. libro 4. capite 43. numero 2. & seqq. Gratian. discept. 565. numero 8. Ciarlinus controv. 28. num. 11. Buratt. decisione 73. numero 36. Lanfranc. Zacc. de scalar. quæstione 37. num. 9. & 10. ubi rationem assignat, * quia legatum ex persona legatarii interpretationem recipit. Leoncill. de privilegio pauperum 23. nu. 29. & privilegio 208. num. 2. & 1. q. 99. Rugger. consilio 17. num. 18. libro 2. latè Rauden. de Analog. cap. 28. ex numero 156. Et circa hanc materiam videnda sunt quæ diximus capite 3. Quemadmodum circa argumentum quod nimurum ab alimentis ad piam causam, & è contra procedat pariter diximus dicto capite 3. quod sane repetit Author hic num. 4. ubi quod in hoc omnes convenient.

Legatum quoque dotti pauperi relictum judicatur pium, * ut infert Author hic numero 5. Gratianus disceptatione 666. numero 5. ubi quod dotti pauperi relicta in causam alimentorum cedat. Amat. decis. Ferrar. 24. nu. 7. Mar. Cutel. de donatione discr. 1. special. 6. num. 74. tom. 2. Raudens. de Analog. libro 1. capite 33. nu. 44. & sequent. Ciarlinus controv. 28. numero 11. Leoncill. de privileg. pauperum 94. numero 1. & per totum.

Siquidem dotti, & alimenta æquiparantur, * ita ut ab alimentis ad dotem valeat argumentum. Cephal. consilio 485. numero 80. Seraphinus decisione 447. num. 7. Rota decisione 395. numero 3. part. 2. recent. Treutlerus consilio 37. num. 188. Olasc. decisione 124. numero 3. Sicut etiam à doce * ad alimenta saltem affirmative. Cavagnolus decision. confut. 61. numero 11. ubi id præfertum militare subjungit ubi nulla subest ratio diversitatis. Giurba decisione 5. num. 12. & 40. cum sequentibus, ubi optimè declarat Mantic. de tacit. & ambiguit. libro duodecimo. titulo 16. numero 17. ubi quod argumentum etiam negative valeat, dixi allegat. 80. num. 4. lib. 3. Rota anud

Mangil.

Mangil. de subhafz. decisione 14, numero 2, & cor. Cavaler. dec. 245, numero 2. Ripl. variar. resolut. c. 5, nu. 9, & 222, Guillelm. Anth. de rescript. & morat. conclusione 41, numero 5. Duran. decisione 448, numero 25, Bardelon. consil. 164, numero 25, & sequent. ubi quod argumentum * ab alimentis ad dotem affirmative valeat, non tamen absolute procedat negativè, maximè quando militat diversa ratio, & quando contrarium reperitur in jure cautum, inferens quod filia dives à patre alii non debeat, & tamen sit dotanda, quem sequitur Rota in Auximanā dotum 19. Junii 1651. §. non obstat coram R. P. D. Albergato; assignans aliam rationem, quia dos succedit loco legitimæ, non autem alimenta, legitima vero filiis etiam ditissimis debetur, & circa istud videndum Auctor capite 16.

Petitio alimentorum tanquam accessoria, dependens, & connexa meritis coram illis judicibus fieri debet, quorum interest negotii principalis resolutio, ut latissimè prosequitur Dexart. decisione nona, numero secundo, & per totam, inferens ad portionem alimentorum pendente lite, quæ uti accessoria coram judice cause principalis peti debent, & dixit ad cap. 6. nec debentur, nisi ita demum de presumptione boni juris liqueat. Capyc. Galeotta controvers. 6, numero 3, & 34, tomo 1, & latè prosequitur Dexart. dicta decisione 9, numero 11, & 12, ubi numero 13, concludit quod provisio alimentorum cessare debeat ubiquecumque per illam pararetur præjudicium causæ principali super qua penderet consultatio, seu relatio Principi facienda: quia de re dixi in annotatione ad caput primum.

CAPUT XVI.

SUMMARIUM.

- 1 Dos & alimenta à pari procedunt. Loco alimentorum datur numero 3. Est privilegiata sicut alimenta numero 5.
- 2 Dots causa dicitur pia.
- 4 Argumentum ab alimentis ad dotem, & è contra valer.
- 6 Hæres unus ex pluribus pro dote in solidum conveniri potest: Contra num. 7.
- 8 Causa dots generali statuto non comprehenditur. Declara ut numero 9, & numero 11.
- 10 Mulier pro dote potest se obligare.
- 12 Minor se dótans non tenetur ad solemnitates statuti. Exercens mercaturam à statuto exceptus à solemnitatibus contractus etiam ad mercaturam non spectantes sine solemnitatibus inire potest numero 13. Sed contra numero 14.
- 15 Rota decisione 192, apud Zacchiam de Cameral. oblig. declaratur.
- 16 Mercatorem se esse probandum est.

IPRÆCEDENTI capite dicebam dotem, & alimenta æquiparari, atque à pari * procedere, & istud præter ibi adductos comprobant Georgius Mundan. consil. 29, numer. 64, libro 2. Hinc dots causa * inter pias connumeratur maximè, quando pauperi relicta apparet lege cum is 32. §. Mulier. Digest. de condition. indebit. Gratianus disceptation. 666, num. 5.

Amat. decisione Ferrar. 24, numero 9. Georgius Mundan. dicto consilio 29, numero 6, libro 2. Iosephus de Mel. ad Gizzarel. decisione 50, numero 14. Leoncill. de privilegio pauperum 94, num. 1. Surdus decisione 298, num. 9. Guillelm. Anthed. de rescript. & morat. conclusione 41, num. 3. Cumque dos loco * alimentorum detur. Gail. practic. obs. 88, numero 7, libro 2. Hodiern. ad Surdum decisione 90, numero 4, vers. Cum ipsa. Georg. Mundanus dicto consilio 29, num. 64, libro 2, cum adductis per Auctorem hic sub num. 13, versiculo ita etiam, inde propterèa fit, ut ab alimentis ad dotem * & è contra argumentum procedat. Hodiern. ad Surdum dicta decisione 90, num. 4, in fine, quod tamen declara ad mentem Auctoris hic per totum, ubi plures constituit observationes, & videnda erunt notata per nos ad præcedens capite.

Favorabilem, ac privilegiatam dotem esse sicut & alimenta * usque adeò præexistit, ut vix discerni queat utra ex eis majus privilegium, & potiorum favorem induat ex traditis per Georg. Mundanum dicto consilio 29, num. 7, & seq. juncto num. 54, libro 2. Hodiern. ad Surdum dicta decif. 90, sub nu. 4, vers. tamen dos non minus. Gail. practic. observ. 95, num. 15, lib. 2, cum adductis per Borell. in summ. decision. tit. 5, nu. 15, & 19, parte tertia. Baldax. de Ang. ad Gizzarel. decisione 50, numero 3.

Quemadmodum ergo in annotatione ad caput 30 diximus unum ex hæreditibus pro alimentis in solidum conveniri posse, ita quæritur an id quoque favore mulieris suas dotes repetentis procedat, ita ut ex pluribus hæreditibus * unum duntaxat pro tota dote convenire valeat; & videbatur respondendum affirmative per textum in lege cum ab uno 55. Digest. de legat. 2. Cornaz. decif. 36, n. 6, cum aliis apud Joseph. de Mel. ad Gizzarel. decif. 50, num. 13. Camill. Borell. in summ. decif. tit. 5, num. 490, & seq. part. 3. Cæterum docti circa istud privilegium * aliquod non competere explicando textum in dicta lege cum ab uno 55. Digest. de legat. 2. & teneri mulierem secluso compensationis legato convenire hæredes pro portionibus hæreditatis comprobant Franc. decif. 581, numero 7. Thesaur. decisione 67, numero 7, libro 2. Gizzarel. decisione 50, nu. 13, & per totum: ibique addentes Rot. decif. 413, a numero 13, ad 20, part. 9, tom. 2, recent. Hodiern. ad Surdum decisione 90, num. 3.

In dubium pariter revocant Doctores, an inter privilegia dots competit, quod illius causa sub generali statuto non comprehendatur & pro negativa * quod dos generali statuto non afficiatur post alias animadvertisit Surdus decisione 289, numero 26. Barz. decisione 82, numero 18. Joannes Franc. Andr. controv. 112, numero 36, sed præcipita opinio ita demum procedit * quoties statutum generaliter disponit super eo, in quo dos specialiter privilegiata reperitur. Martin. Medic. decisione Senen. 20, numero 12. Joan. Baptista Antonell. consilio 3, num. 2, & consil. 97, num. 27. Marescot. variar. resolut. 43, num. 8, & seqq. libro 1. Altograd. consil. 53, num. 39, & 40, lib. 2. Rota dec. 177, num. 11, par. 1, & decif. 190, num. 4, part. 8, recent. Fenzon. ad statut. cap. 85, num. 16, & cap. 158, num. 45.

Unde pro majori dilucidatione animadvertisdem, quod mulier in specie privilegiata reperitur,

Observationum de Alimentis. Cap. XVII.

CAPUT XVII.

SUMMARIUM.

- 10 ut se pro dote * valeat obligare juribus congestis per Rot. apud Pic. ad statut. Urb. dec. 13, n. 4, & decif. 60, n. 28, & 29, & dicta dec. 190, n. 3, p. 8, recent. & apud Fenzon. ad stat. Urb. dec. 12, n. 5, & 15, fol. 368, & respectu hujus capituli indubitatum est, quod sub statuto requirente solemnitates in contractibus mulierum non comprehendantur obligationes mulierum ex causa doris initiarum * loquendo de mulieribus ætate majoribus. Minores vero dotem in stabiliis inæstimatis sibi absque decreto, vel solemnibus constituere possunt. Rota decif. 578, n. 6, p. 4, recent. Pign. ad statut. Ferrar. rubr. 90, sub n. 27, vers. sed pulchrum, & latius dixi cap. 63, nunc assigno rationem, quia mulier minor se dotans, aut si a fratre minore datur non requiruntur solemnitates * ex privilegio doris, sed quia utroque in casu doris constitutio ex necessitate provenit. Gabr. conf. 20, n. 1, & seq. lib. 2. Pic. ad stat. Urb. cap. 151, gloss. 7, n. 257. Rota post tr. dec. 13, n. 5, & dec. 490, n. 4, p. 4, & dec. 94, n. 1, & seq. & n. 13, cum seq. p. 8, & dec. 162, n. 5, p. 9, tom. 1, rec. Pign. ad statut. Ferrar. rubr. 90, sub n. 29, vers. quamvis alias post. Rota in Romana Salviani 23, Martii 1650, §. cum enim Vero spio.
- 11 Testamentum revocatur ex subsequenti dispositione de omnibus bonis inter vivos & n. 14.
- 12 Legitima debetur filii in hæreditate matris binubæ, debetur ante divisionem cum viri.
- 13 Mater binuba potest testari de dote duumodo marito secundo plus non relinquat quam filiis prioris matrimonii, illud enim plus irritatur.

EX nudo pacto favore alimentorum oriri actionem * firmatur in hoc capite num. 11, 3, ac per totum. Leoncill. de privilegio pauperum 304, numero 2, & 3, ubi extendit ad quasunque causas pias.

Quo cessante privilegio, & jure civili inspecto pactum nudum * neque actionem; neque obligationem efficacem inducit. Ciarlin. controv. 192, n. 3. Mart. Ventur. consil. 18, num. 20. Georg. Mund. conf. 10, n. 116, ubi tamen quod detur exceptio lib. 2. Rot. decif. 58, nu. 16, part. 6, rec. Si tamen pacto nudo accederet juramentum, * tunc actionem gigneret. Ciarlin. dicta controvers. 192, num. 10. Georg. Mund. dicto conf. 10, num. 245, lib. 2. Mart. Medic. ad decif. Sen. examinat. 17, nu. 20. Buratt. decisione 73, numer. 5. Rota decif. 58, nu. 18, pag. 6, recent. & latius Auctor hic num. 2. Inter mercatores pactum etiam nudum * pari obligationem, & actionem tribuit non secus ac inter alios per stipulationum. Seac. de commerc. & camb. §. 2, gloss. 5, sub n. 245, vers. Et bene. Stracc. Mart. Medic. decif. Senen. 66, num. 49, & 50. Mart. Ventur. consilio 10, num. 67. Pactum quoque nudum de donando * dummodo expressum parit obligationem Merl. Pignatell. controvers. jur. 78, n. 13, lib. 1, Rota dec. 393, n. 2, part. 5, rec. Pactum similiter necdum in judicio * emissum reputatur conventio, quæ juvatur dispositione, l. tale pactum 41, §. qui procuravit, ubi scribentes, ff. de pact. Galeott. controv. 6, n. 40, lib. 2.

Hactenus dicta secundum jus civilis militant, fecus autem de jure canonico, juxta quod pactum nudum * obligationem producit. Georg. Mund. dicto conf. 10, n. 117, lib. 2. Rota d. dec. 393, n. 1, p. 5, rec. Ciarl. dicta contr. 192, n. 4. Buratt. dec. 476, n. 14. Pafqual. qu. 366, n. 4. Nec omittam addere quod pactum nudum non pariens obligationem ex æquitate, * tamen videatur observandum. Calvin. de æquitat. cap. 67, per totum. Genuen. in prax. tricen. 8, qu. 220, n. 3. Sicuti si præcessit obligatio inter duos per alterum ex pacto nudo in tertium * transfertur obligatio, vel per epistolam, vel per nuncium ex illis verbis, §. de constituta in sit. de action. l. 2, ff. de pact. Rota dec. 57, num. 6.

C 2 part. 8.